Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31265
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



Aspice dne de sede. Ad mas. Vidi dnm sedentem sup solium excelsum et eleuatum plena erat omnis terra maiestate eius et ea que subtus erant replebant templum. Ad mas. Aspice dne quam facta est desolata ciuitas plena diuitiis sedet in tristitia dna gentium non est qui consoletur eam nisi tu ds nr. Ad mas. Super muros tuos urbis constituam custodes tota die et tota nocte non cessabunt laudare nomen dni. Ad mas. Muro tuo inexpugnabili circumda nos dne. armis tue potentie protege nos semper ds nr. Ad mas. Qui celos omnes thronos et abyssos inspicis dne rex regum montes ponderas terram psalmo concludis exaudi nos dne in seruitutibus nris. Incipit ezechiel

Factum est in tricesimo propheta anno in quarto mense in quinta mensis cum esset in medio captiuorum iuxta fluuium cobar aperti sunt celi et uidi uisiones dei. Vidi dm sedentem sup solium excelsum et eleuatum et plena erat omnis terra maiestate eius. Et ea que subtus erant replebant templum. Seraphim stabant sup illud sex alie uni et sex alie alteri. Et. In quinta mensis ipse est annus quintus ministracionis regis ioachim factum est uerbum dni ad ezechiel filium buzi sacerdotem in terra chaldeorum secus flumen cobar et facta est super eum ibi manus dni. Aspice dne de sede sancta tua et respice de nobis in dna ds mis aurem tuam et audi. Aperi oculos tuos et uide tribulacionem nram. Non enim in iustificacionibus nris prosternimus preces ante faciem tuam sed in miseracionibus tuis multis. Ap. Et uidi et ecce uentus turbinis ueniebat ab aquilone